



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 24. Vacatio summæ sedis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

dini factus, sede hic posita officio divino præfens assidue, in pulpito theologico quotidie, in suggestu eloquentiæ sacræ sæpenumero spectabatur. Ejus electio ad sedem Cantuariensem Regem, Proceres, Clerum, ac populum perfudit gaudio. At ipse post triduum ægre animum induxit, ut consentiret. Postea Romam petiit ibi confirmandus. Sed expectanda erat creatio Papæ. Interim animos ita sibi conciliabat, ut supremo honoris fastigio dignus ipse haberetur. Præter dotes præcipuas egregia corporis specie, ac moribus suavissimis excellebat.

Sæcul. XIII.

A. C. 1293.

## §. XXIV. DE VACATIONE

*Vacatio summæ sedis.*

Romæ interea Senatorum designatio ineunte anno 1293 iteranda locum dedit seditioni tam violentæ, ut urbs sex menses careret Senatoribus, ac cives crudele sibi bellum inferrent. Effringebantur portæ, incendebantur turre domusque, utensilia diripiebantur. Tres Cardinalium patria Romanorum, quod se imbecillimos sentirent, cum Matthæo Aquaspartano, & Gerardo Parmensi Reate se contulerunt ibi æstatem acturi: Benedictus Cajetanus Viterbii solus hærebat. Reliqui tres Romani manebant Romæ, nempe Jacobus ac Petrus Colu-

Boll. to. 15.

p. 440. 444.

p. 445.

Vers. 185.

Z 2

mnæ,

Sæcul. XIII.  
A. C. 1293.  
mnæ, & Joannes Buccamacius Episcopus Tusculanus. Hi tres cæteris Cardinalibus ita scripsere: Cum simus Romæ, possemus vobis absentibus creare Papam. Sed malumus vobiscum id agere. Venite proin celeriter, nisi supremam sedem porro vacuam velitis!

Hæc declaratio pariebat metum schismatis, si hinc tres Cardinales Romæ præsentibus contenderent ex privilegio loci se habere jus, quo Papam eligerent soli, illinc cæteri Reate commorantes per suum numerum præpollere velent. Isti quæstionis enodandæ gratia convocarunt viros juris peritissimos, ac de horum consilio per compromissum sumpserunt arbitros; qui judicabant cunctis Cardinalibus conveniendum esse Perusiam altero vacationis anno scilicet 1293, die S. Lucæ 18 Octob. tunc satis propinquo. Cardinales hanc secuti sententiam Perusiam adierunt. Sed effluxit hyems iterum, antequam conspirarent.

*Sup. lib. 66.*

*§. 1.*

*Trith.*

*script. p. 299.*

*Labbe*

*script. t. 1.*

*p. 422.*

Hoc anno decessit Henricus Gandavensis ob patriam sic dictus suam, Theologiæ Doctor Parisinus tanti suo tempore nominis, ut vocaretur Doctor solennis. Restant multi ejus libri, e quibus notissimus est Index Authorum ecclesiasticorum continuans catalogum Sigeberti Geminiacensis. Henricus Gandavensis

davenſis erat Archidiaconus Tornaci, u-<sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 bi obiit die S. Petri 29 Junii anno ſalutis A. C. 1293.  
 1293, ætatis ſuæ 75.

## §. XXV.

*Athanaſius Patriarcha Conſtantino-  
 politanus miſſam facit dignita-  
 tem ſuam.*

Conſtantinopolitanum Patriarcham A-  
 thanaſium odioſum reddebant ſe-  
 veritas ſua, & multo magis ſui mini-  
 ſtri aſperrimi, nimirum monachi extra-  
 nei, quos variis ex partibus ad ſe ac-  
 civerat. Inſectabantur præcipue mo-  
 nachos Conſtantinopolitanos: & crimi-  
 ni eis dabant, quidquid remiſſionem  
 diſciplinæ vel parum redolebat. Hic  
 habuerat aurum, ille veſtem novam;  
 duas aut tres tunicas alius; alius cru-  
 cem argenteam, vel cultrum affabre  
 factum, aut mantile candidum; quidam  
 balneo erat uſus, vel ægrotans medi-  
 cum conſuluerat. Hæc errata omnia  
 caſtigabantur objurgationibus, poenis,  
 carceribus, flagellis acerbiffimis. Etiam  
 pecuniæ imperabantur cœnobiis per cau-  
 ſam tollendæ materiæ cupiditatum.  
 Diſciplina ſolutior monachorum urbis  
 huic aſteritati anſam præbebat. Non  
 permittebat Athanaſius, ut vel delica-  
 te

*Pachym. l. 8.  
 c. 16.*

*Gregoras  
 l. 6. c. 5.*